

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Commendatoria

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Agamus autem gratias Deo, quod se tum et alias  
illustribus testimonij patefecit: et eo nos exemplo  
consolemur in nostris magnis periculis. Cum enim  
prodicerit ex arcana sede Deus ipse, et filium mi-  
serit, ac promissionem nobis tradiderit: non dubite  
mus, cum inter impiorum etiam tumultus servaturum  
esse doctrinam suam, et Ecclesiā. Hac spe difficul-  
tates et erumnas ministerij Euangelici toleremus.  
Mitto igitur ad te hunc Philippū Salzungensem,  
honestum et doctum hominem: quem uelim te prius  
audire, et postea (si tuo iudicio probabitur) eum  
commendare Ecclesiae Thuringiae. Ingenio ualeat,  
et eruditio recte institutus est: et modestū esse  
comperi. Quare eum tibi commendabo. Bene uale.  
In Epiphanijs.

### Commendatoria.

Cum Martinus Heinricus a uobis ad ministerium  
Euangelij uocatus sit, et testimonium publica or-  
dinationis ueteri Ecclesiae more a nobis petitum  
sit, diligenter explorauimus eius eruditio[n]em: et  
comperimus eum recte tenere summam doctrine  
Christianae, et abhorrire a fanaticis opinionibus,  
damnatis iudicio catholica Ecclesiae Christi, et  
amplecti consensum catholica Ecclesiae Christi, que  
et Ecclesia nostra profitetur. Quare cum promit-  
teret in doctrina constantiam, et in officio fidem  
et diligentiam, commendatum est publica ordina-  
tione

tione, iuxta doctrinam Apostolicam, ministerium  
 docendi Euangelij, & Sacra menta à Christo insti  
 tuta administrandi iuxta uocationem. Cumq[ue] scri  
 ptum sit de filio Dei, Ascendit, dedit dona homini  
 bus, Prophetas, Apostolos, pastores & doctores:  
 precamur ardenteibus uotis, ut suæ Ecclesie guber  
 netores det idoneos & salutares, & efficiat ut hu  
 ius Martini Heinrici ministerium sit faustum &  
 salutare. Et Ecclesiæ ipsius hortamur, ut curet E  
 uangelium purè & fideliter conseruari, & propa  
 gar. Nam hoc officio Deus præcipue se colipostu  
 lat, scut inquit Christus: In hoc glorificatur Pa  
 ter neus coelestis, ut fructum copiosum feratis. &  
 fias mei discipuli. Et hac luce retenta manet Ec  
 clesia, & aderit in Ecclesia Deus, & dabit uitam  
 eternam inuocantibus ipsum: & opitulabitur in  
 arumnis huius uitæ. Ibi enim adest & exaudie  
 Deus, ubi ipsius Euangelium uerè sonat, sicut scri  
 ptum est Ioannis XV. Si manseritis in me, & uer  
 ba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis pe  
 tetis, & fieri uobis. Et quanquam horribiliter qua  
 satur Ecclesia Dei in his tantis ruinis regnorum,  
 & mutationibus imperiorum: tamen Deus eos  
 qui Euangelij puritatem retinere student, prote  
 get & defendet. Date Vitebergæ, anno 1543, die  
 Septembri 27, quo arca Noe post diluvium con  
 sistere primum ante annos 3831 cepit. Nec du  
 o s bitenus,

bitemus, Deum Ecclesie sue quietem datarum,  
etiam in horum temporum tumultibus.

Patri suo chariss. S.

*E*tsi per paucis annis diebus, quam tuæ literæ  
mihi redditæ sunt, de meis rebus ac studijs ad te  
scripsi: tamē inuitatus tuis suauissimis literis, idem  
argumentum repetam. Ac primò habeo tibi gratia-  
tiam chariss. pater, & quod singulari liberalitate  
studia mea fous, & quod tam amaneer mihi scri-  
bis, meq; ad uirtutem & decus hortaris. Quibus  
in rebus eluet uis paternæ animi atq; amoris. De  
consilio Philippi Melanchthonis præceptor mihi  
electus est Iacobus Milichius, qui hic profuetur  
Sphæram, & hoc genus cætera elementa uera  
philosophia: homo in literis Latinis & Græcis et  
in Philosophia præclarè eruditus, cuius consuetu-  
dinem spero mihi ad modum profuturam esse. Ha-  
bito in ipsis eðibus. Philippus propter negotio-  
rum uarietatem, quibus impeditur, non habet do-  
mesticam scholam: & tamen aditus mihi, ut ple-  
risq; alijs, ad eum patet: meq; iusfit sibi interdum  
exhibere specimen aliquod meorum scriptorum,  
ut suum mihi iudicium de ratione formande ora-  
tionis indicet. De aëre quod mones agnoscō planè  
paternam sollicitudinem. Hactenus contagia nul-  
la hæc animaduersa sunt. Et adsunt adhuc Princi-  
pes,

*audiorum*

*NX*